calorem de a & calor de.b.habet maiorem appetitum essendi in essentia de a q̃ in essentia de b quia a habet calorem propriũ & b appropriatũ:ideo dico q̃ cum iuppiter & mars sunt in leone: mars uincit iouem per calorem & siccitatem:& per alias qualitates appropriatas:& licet leo sit masculinus & iuppiter masculinus:& mars similiter:in nocturnitate tamen uincit:licet ipse sit solus:& in aliis suis appropriatis:& dicitur cõiunctio mala hoc ideo quia complexiones elementorum habent magis generalia principia bonitatis potestatis:& uirtutis:q̃ attributa ex masculinitate & nocturnitate:cũ sint fontes generales:& masculinitas: & alia attributa sint speciales:ut infra declarabitur. Ad hec si de duabus ut puta herbis æqualibus in bonitate: & potestate ex quarum una sit de b:& alia de d illa una medicina remanebit æqualis:quia contrariant̃ per qualitates proprias:& appropriatas:sed si sumerentur in cibo ab aliqua complexione de b uinceretur d:& ecõtra .Eodem modo dico:o fidelis nota hũc passum qui cõmuniter ab astrologis negligitur:si saturnus iungatur iouí in geminis:iuppiter uincet saturnum:& econtra si obuientur in tauro.Q uare indicia debẽt fieri secundum planetam uincẽtem.Item alia combinatione de b:& c:b uincit c:etiam si sumẽs esset de natura c:licet tunc non ita fortiter uinceretur:sicut si patiens sumens esset de complexiõe b.quo fit si iuppiter ueneri iũgatur in aquario:& piscibus:tũc fortius iuppiter uincet uenerẽ in aqurario quam in piscibus:ulteriusq; in combinatõne de a:& d:in aliqua medicina cum duabus herbis quarum una sit de a: & alia de d:dico q̃ d uincit a:quia siccitas a est naturaliter ꝓpria d:qui cũ sua frigiditate quam habet ab aqua cogit a:de quo suã siccitatem recuperat:neq; a cum suo calore se defendere potest: quia siccitas a maiorem habet appetitum cum d:cum sit ꝓpria qualitas sua:quam cũ a:& isti passus etiam sũt notati a medicis in compositione medicinarum:semper enim d:uincit a: etiam si patiens esset de complexione a uel de d.licet fortius cum d.q̃ cũ a:ut dictum ẽ prius .Similiter est de planctis:si enim saturnus & mars iungantur in ariete aut thauro:saturnus semper uincit:& nota per istam naturam gratia ioci .Isto tempore inquieto regis franciæ:si unus conducterius armorum uel miles esset naturaliter de Illustrissimo Ducatu Medioiani : & esset stipendiarius